



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Lingva Avrea Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Padibornae, 1606**

Capvt 1. Quare inscribatur hic liber, Lingua aurea.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)



## CAPVT I.

Quare inscribatur hic liber Lin-  
gua Aurea.



Ic et in hoc libello non tantum acturi sumus de lingua, labijs, ore & sermone bonorum; sed etiam malorum, & tam de taciturnitatis & silentij laudibus, quam loquacitatis turpitudine: maluimus tamen à potiori & digniori parte, linguam auream inscribere duplici nomine. Ac primò quidem, quia eius moderatione & locutione maximè demonstratur sapientia, ut infra suo loco latius probabimus capit. 30. v. 1. At iam suffecerit in medium afferre id Dauidis Psalm.

48. 4. *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Et id Prou. 10. 13. *In labijs sapientis inuenitur sapientia.* Et v. 31. *Os iusti parturiet sapientiã, lingua prauorum*

Sapien-  
tia in  
lingua

A

peribit.



peribit. Et cap. 12. 18. *Lingua sapientum sanitas est.* Et cap. 15. 2. *Lingua sapientiam ornat scientiam.* Secundo cum sapientia in lingua maximè se prodat, sapientiæ verò nullum aurum comparari queat, meritò linguam auream dixerimus libellum istum, in quo de rectissimo lingua moderamine, chamo, freno, custodia & signaculo acturi sumus. Nam vt loquitur Iob de sapientia Iob 28. 15. 16. 17. *Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis India coloribus, nec lapidi sardonicho pretiosissimo, vel saphiro.* Non adequabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri. Ver. 19. *Non adequabitur ei Topazius de Ethiopia, nectar tinctura mundissima componetur.* Et qui sapientissimus simul ac doctissimus Salomon Prou. 3. 14. *Melior tificatio est acquisitio eius negotiatione auri*

Sapiē-  
tia di-  
gnior  
auro.



argenti primi & purissimi fructus eius.  
 8. 19. Melior est fructus meus auro  
 & lapide precioso & gemina mea ar-  
 è se genco electo. Sap. 7. 8. 9. Preposui il-  
 lam regnis, & sedibus, & diuitias ni-  
 hil esse duxi in comparatione illius;  
 nec comparavi illi lapidem preciosum.  
 Quoniam omne aurum in compara-  
 tione illius arena est exigua, & tan-  
 quam lutum aestimabitur argentum in  
 conspectu illius. Dum ergo de iusta  
 directione linguæ in gratiâ Chri-  
 stianorum, & maximè religiosorum  
 agere contendo, quid aliud a-  
 go quàm vt iisdem rationem, or-  
 namenta, omne aurum & lapi-  
 dem pretiosum excedentia, con-  
 proquirendi tradam, quibus & stul-  
 titus si tacuerit vti sapiens repu-  
 nectari & exornari possit? Demum,  
 Et quicumque nos audient loquen-  
 tes dicent nobis cum ancilla Pon-  
 tificis, Matthæi capit. 26. vers.  
 73. Loquela tua manifestum te facit.



Hinc quidem Christianorum ob aureos quasi sermones qui ex eorum ore prodierunt aurei oris cognomen meruerunt. Sic lumen illud Græciæ D. Ioannes Archiepiscopus Constantinopolitanus Chrysostomi nomen inter Patres Ecclesiæ obtinuit.

### CAPVT II.

*Traduntur decem rationes quare maximè linguæ nostræ attendendum sit.*

**H**uius rei prima ratio esse poterit, eo quòd inde apud alios agnoscamur quales simus. *Ex abundantia siquidem cordis os loquitur.* vt est Luc. 6. 45. Nam vt ibidem dicitur & Matth. 12. 35. *Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.* De ore enim Matth. 15. 18. *quæ procedunt, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes, furti, falsa*